



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

78 Vis, & metus, qua[n]do matrimoniu[m] dirima[n]t

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

quos, quod impedimentum cognationis  
legalis procedat, trad. idem Navar. d.c. 2.2.  
nu. 45. lib. 3.

74 Quinto, crimen, ut si quis cognovit  
consanguineam ejus, quam in uxorem du-  
cere intendit, cap. si quis viduam, cap. qui  
dormierit, cap. concubuisti, & cap. si quis  
cum noverca, 32. qu. 7. cap. 1. & cap. ex lit-  
teris, de eo qui cogn. consang. ux. sua. sub-  
latis tamen omnibus difficultatibus, qui-  
bus gradibus propter affinitatem ex forni-  
catione contractam, ci minis nota induce-  
retur, ut tenendum est inter eos tantum,

qui in primo, & secundo gradu conjur-  
guntur, affinitatem restringi, ita quod ma-  
trimonium in ulterioribus gradibus con-  
tractum non dirimitur, cap. 4. de reform.  
matrim. siff. 24. imo contrahi potest. Pius  
V. in Bull. d.c. 2.4. § Pius Episcopus, il 2. vers.

76 & præterea, ut aut, si aliquam per adulteri-  
um polluerit, & fidem dederit, post mor-  
tem uxoris de eam secundò in uxorem du-  
cendo ut c. fin. de eo, qui duxit, quam pol. per 81  
adult. vel, si quis machinatus sit in mortem  
mulieris, ut aliam, quam vivente prima car-  
naliter cognoverat, in conjugem haberet,  
c. laudabilem, de convers. infidel. c. super hoc.  
& c. significasti, de eo qui dux. in matr. quam  
pol. per adul.

77 Sexto, & cultus disparitas, si unus sit ja-  
dæus, vel paganus, & alter Christianus,  
l. ne quis. C. de jud. c. cave. 28. quest. 1. & gloss.  
2. in cap. super litteris de accus. & cum ma-  
trimonium sit unum ex septem sacra-  
mentis à Christo domino institutum, cap. ad  
abolendam, de heret. & conc. Trid. cap. 1.  
de sacr. matrim. ead. siff. 24. infideles sunt  
incapaces sacramenti matrimonij, & om-  
nium aliorum sacramentorum, quæ reci-  
pere nemo potest, nisi fuerit baptizatus,

cum sacramentum baptismatis sit ianu-  
omnium sacramentorum, gloss. 2. in d.c.  
cave. 28. qu. 1.

78 Septimo, f. vis, vel metus, in constan-  
tem cadens virum, impedit matrimoniu-  
m, quod debet esse liberum, cap. requisi-  
vit, & ibi Abb. numer. 2. de spons. cap. veni-  
ens, & cap. cum locum, & ibi Abb. nu. 2. eod.  
tit. & cap. significavit, de eo qui dux. in matr.  
quam pol. per adul.

79 Unde inter raptorem, & raptam, quan-  
diu rata in potestate raptoris existit, ma-  
trimonium esse non potest, c. fin. de rap. c. a-  
pud omnipotentem, 36. qu. 2. & c. 6. de refor-  
matr. d. siff. 24.

Quinimò raptores + ac illis confili-  
um, auxilium, vel favorem præbentes,  
ipso jure sunt excommunicati, ac intame-  
nes, & mulieres raptas arbitrio judicis  
decenter dotare tenentur, cap. eos, & cap. de  
puellis, 36. qu. 2. & ead. cap. 6. de reform.  
matr.

Si autem dubitari contigeret, ut quod  
per vim, & metum puella contraxisset, es-  
set separandane ab eo, qui dicit, se mari-  
tum, raperetur, priusquam constaret, an  
in matrimonio cum illo consensisset, c. cum  
locum, de spons. & ibi Iunoc. & Host. in fin.  
& sequentia debet etiam quod sponsus, a  
quo pretenditur rata, probaret matrimo-  
nium, servata forma concilij, contra dictum,  
& assereret consummatum, habereque  
sponsam in propria domo, quapropter  
prætenderet, se esse in possessione matri-  
monij, quia nihilominus sponsæ voluntas  
esset exploranda, & pro exploratione vol-  
untatis deberet puella poni in loco libe-  
ro, ubi nec ratione dominij, in quo ipsam  
morari contingat, nec alia ratione metum,  
aut violentiam timere posset, c. cum locum,  
& ibi